

ción, o scriptos, o otra cosa alguna en los pleitos. Et ratio est, quia excepta lite omnia daret litigans proprius timorem. Ita D. Anton. 2. p. 1. cap. 29. §. 8. Nauar. cap. 2. 5. Lat. & Filp. n. 30. Greg. Lop. part. 3. tit. 6. l. 1. 4. vers. cetera. Archidac. cap. s. quis. 3. ques. 7.

2. Nota, si in medio litis fieret de stipendio pacatum absque vi, & scandalo, & esset iustum, non esset peccatum in foro conscientie; quia cessaret ratio, & presumptio legis. Sic Nauar. ibi.

3. Secunda conclusio. Non licet Aduocato pacisci de aliquota parte litis sibi danda, ut medietate, tercia, &c. Patet 1. si qui aduocatorum C. de potest. & l. 1. 8. s. cuius ff. de varia, & ex auctor. & l. 1. 4. tit. 6. part. 3. Et ratio est, quia datur anfa, ut sibi per fas, siue per nefas intendat caudicis victoriam; quia licet absolute fiat pactum de quota litis: ut tacite intelligitur conditio, si victoriem comparet; que non obtempera, nihil habebit. Ita tener Rosel. verbo Aduocatus, num. 6. Armill. n. 14. Syluest. ques. 19. Angel. num. 15. Alcozer in summa, cap. 16. Slos abogados. Nauar. d. num. 30. Sotus lib. 5. de inst. q. 8. art. 4. vers. unum autem D. Anton. 2. p. 1. 1. cap. 1. 4. §. 8. Perez. lib. 2. ordinam. tit. 19. l. 5. Gregor. Lop. ubi supra, & explicit Nauar. & Alcozer esse peccatum mortale.

4. Nota idem proflus esse dicendum de Procuratoribus quoad hanc conclusionem, & sequentes. Patet 1. item, C. de procurat. & l. sumptus ff. de pacis, & eadem ratio militat que in caudicis. Ita Nauar. Armil. Alcozer, Rosella, Syluest. Angel. Gregor. Lop. vers. ista postura.

5. Tertia conclusio. Non licet etiam pacisci de certa re, super quam est lis, danda. Ratio, quia datur eadem antea intelligitur enim, parta victoria; & sic eadem ratio militat, que in caudicis. Ita Gregor. Lopez, Azo, & glossa d. l. s. qui aduocatorum.

6. Vixima conclusio. Non licet pacisci de aliquando haec conditione, si victoriem in lite obtinuerit, licet super ea quantitate danda non sit lis, sed tantum licet pacisci de certa quantitate danda, siue vice, siue non. Patet eadem ratione, quia datur anfa, siue per fas, siue per nefas querendi victoriam; & patet 1. 8. tit. 6. lib. 2. ordinam. Ita tenet Sotus ubi supra, Gregor. Lopez, Nauar. Armil. Rosel. Syluest. Angel. ubi supra, Paulus de Castro. d. l. s. qui aduocatorum.

7. Nota, si esset quid parum, quod promitteretur, si vinceret item, esset iustum pactum, & esset enim prohibitions ratio, quia quia minimum non inducit ad querendum, siue per fas, siue per nefas, victoriam. Ita Syluest. Angel. Rosella, Armil. Nauar. referens Alexandrum, & Salicetum ubi supra. Idem Angel. l. sumptus ff. de pacis.

### CAPUT VIII.

De ordine seruando à Prelato Regulari in inquirendo de criminis graui alius  
Religiosi.

### SUMMARIUM.

Dub. 1. Qualiter Prelatus regularis debet procedere ad cognoscendum iudicaliter de delicto graui Religiosi sibi subditi.

2. Qualiter Prelatus regularis procedere debet per viam inquisitionis.

3. An Prelatus procedens contra subditum Regularem posse recuperari.
4. Qualiter Prelatus Regularis debet procedere per viam accusacionis contra subditum Regulari.
5. Qualiter Prelatus debet procedere contra Regulari via denunciationis Euangelica, seu facta.
6. Qualiter procedere debet Prelatus contra Regulari via denunciationis canonica.

### DUBIVM I.

Qualiter Prelatus Regularis debet procedere ad cognoscendum iudicaliter de delicto graui Religiosi sibi subditi.

**P**rius oportet supponere aliquot fundamenta. Primum sit, si delicta sunt levia, in quibus agitur de modo Regularis praedictio, & potius ad correctionem, non oportet, quod delictum sit publicum. Ratio, quia in his non agitur ad punitionem, sed ad correctionem: nec ex his aliqua infamia Religiosi pullulat. Sic Perez lib. 8. ordinam. fol. 130. pag. 1. Angel. verbo inquisitio. 2. Syluest. inquisitio. 1. ques. 3. dict. 2. Armil. verbo inquisitio. num. 11. Corduba super Sotum de secreto legendis. memb. 2. q. 4. conclus. 7. Quod etiam inde patet; quia licet correctione fratrina premitenda sit iure diuino interquam denunciatur Prelato; fallit in his delictis leibus: ut docent D. Thom. 2. 2. ques. 3. art. 7. ad 4. Abul. cap. 18. Matth. 9. 97. ad 8. Sotus de creto. memb. 2. ques. 4. & omnes.

Nota, quod delictum graui dicuntur, & enormiter inter Regulares omni peccatum mortale, ut patet ex cap. illi. 6. ques. 1. & pro quoilibet tali potest quilibet Religiosus arcari ad custodiandum, si expedit correctione, non autem ad peccatum, sed pro his, que exprimuntur in sui ordinis statutis, vel illis & qui parantur arbitrio discretorum. Sic Armil. verbo inquisitio. n. 1. 5. Syluest. inquisitio. 2. dicto 9.

Secondum fundamentum sit: licet ad inquisitionem de delicto graui contra Religiosum, quando proceditur via inquisitionis specialis, alterant aliqui Doctores non requiri infamiam, propter cap. qualiter. s. 2. de accusat. in fine: vbi potius deciderunt ad inquerendum requiri infamiam, &c. subditur. Hunc tamen ordinam circa Regulares personas non credimus & sequaque seruandum, & propter cap. in singulari, de stat. monach. Sic Ioh. Andr. cap. 1. de offic. ordinam. num. 47. Corduba super Sotum de legendis secreto. memb. 2. ques. 6. conclus. 1. dub. ultimo. vbi haec dicit: In religiosis non feruarit rigor iurisdictio si interrogantur criminosi de suis complicibus, etiam nulla infamia & indicies existentibus, tenentur facti. Carterum omnino tenendum est, etiam contra Religiosos requiri infamiam, quia textus exigentes infamiam ad procedendum via inquisitionis non uniuersaliter loquuntur, cap. qualiter. s. 2. cap. inquisitionis, & cap. cuius oporteat, de accusat. & cap. licet Heli, de simon. vbi textus facit mentionem de infamia contra Regularem. Nec obstat d. cap. in singulari, quia loquitur de inquisitione generali, ad quam nulla requiruntur infamia. Nec etiam obstat d. cap. qualiter, quia quod ibi dicitur cum ordinem non esse omnino seruandum quod regulares,

### Lib. VI. Cap. VIII. Dub. II. 243

gulares, explicat Panorm. ibi, num. 10. Felin. ibi, num. 21. non esse omnino seruandum, non quod ad veritatem, id est, quod substantialia iudicij, sed quod accidentalia, & subtilitatem probatio & notitia delicti est de substantia iudicij; & Syl. inquisitio i. ques. 3. dicto 2. explicat non esse omnino seruandum, nisi infligendum sit graue praejudicium. Et sic hoc tenent Nauar. cap. inca verba, in veteri corol. 6. 2. num. 6. 8. 9. & in novo corol. 6. 3. num. 2. 8. Panorm. cap. 10. de accusat. n. 9. Umbertos in regula D. Augst. Perez ubi supra. Innocent. Aret. Bart. quos referi, & sequitur Angel. verbo inquisitio i. 2. Syl. inquisitio 1. q. 3. dicto 2. & melius inquisitio i. 4. Armil. verbo inquisitio. n. 1. Corduba super iustum de secreto, memb. 2. q. 4. conclus. 7. & expresse idetur D. Thom. huius sententiae 2. 2. ques. 3. art. ad 5. vbi dicit: Prelatus Regularis non possit inquirere delicta nisi in causis, in quibus potest ex Ecclesiasticis, vel secularis. Et expreßius ait. ibi, circa candem solutionem ad 5. vbi tractans academ inquisitione contra regulares, hac dicit: iam si duo, vel plures iurent vidisse se illum ministris, si nulla est infamia, non est inquire, in iudicaliter, ut expreßus habet cap. inquisitio. de accusat. Nec est puniendus iudicaliter & delinquens, nisi fratrum correctione praemissipotest sit per denunciationem viam. Pro eadem sententia est Nauar. lib. 2. de reſit. cap. 4. num. 7. q. 9. 14. vbi impugnans Cordubam inquit, non posse procedi contra regulares absque infamia, nisi quando ex non inquiringe Religiosis scindies, & dannum notabile sequeretur. Idem inueniunt aliqui docti iuniores Magistri.

4. Nota, idem esse dicendum in Societate Iesu. Neque obstat quod in ea possit delictum occultum denunciari superiori, non praemissa correctione fratrum, eo quod renunciatur a Religioso iuri suo in hoc, ut patet ex regula 9. Societatis, que habetur inter generales, & in examine cap. 4. §. 8. scienti enim, & volenti nulla fit iniquitatem (iniquam) obstat hoc, quia, ut constat ex eadem regula, hoc est ad maiorem profectum spiritualiter, qui est finis correctionis fratrum, & denunciationis Euangelicae, & non dicit ad punitionem, qui est finis processus judicialis. Sic tenet quida doctissimus recentior, & patet amplius ex eo quod licet in priuilegiis, vel in regula Religiosis dicitur, quod possit procedi iudicaliter, non feruatis apicibus, & rimulis iuris, intelligitur, quod substantialites accidentes, les, secus quod substantialia, sine quibus in iudicio procedi nequit, ut testatur D. Anton. 3. part. iii. 9. cap. 7. 9. 8. Syluest. inquisitio 2. dicto 11. Armil. verbo inquisitio. num. 11. Corduba, super Sotum de secreto memb. 2. ques. 4. conclus. 7. Ergo a fortiori hoc erit verum, cum regula non dicat id, sed ad maiorem profectum suum omnes contenti esse debent, ut omnes defecutus manifestentur superiori: vbi nullum est verbum de processu judiciali.

5. Tertium fundamentum sit: non statim ac denunciantur, vel testificans dicit esse infamiam de delicto, debet Prelatus procedere per viam inquisitionis, sed debet inquirere apud quos sit infamia, & vnde orum habuerit, nam si sit apud paucos, & leues, & ex leui fundamento, non potest Prelatus iudicaliter inquirere, praecipue de persona, que prius fuit clara, & bona fama: secus si sit apud grates, & bonus pluresque: quia fama apud tales cum iuspcionibus violenter, & sic ipsum capiat, siue non, debet eum citare, Th. Sanchez Conf. moral. Tom. II.

ut comparata ad confessionem ab eo accipienda,

<sup>4</sup> Nota maturè videndum esse, an opotear Regularis incarcere. Quod in clericis docet Sylvestrus, 2. quest. 12. Bernard. Diaz præc. crim. cap. 120. num. 1. & 2. & Salzedo ibi, litera A. Et redditio Bernard. Diaz duplum rationem. Prima est, quia clerici ex captura grauitat infamantur, nec sola relaxatio a carcere, ad sua pristine famam integratitudine restituntur. Secunda est, quia est minus periculum fuge in clericis, cum ob admissa crimina rarissime penam corporalem sustineant, que due rationes fortius militant in Religiosis.

Vocato igitur reo, ab eo confessio accipienda est, factis interrogatioibus de his, de quibus infamatus est, & contra ipsum probatio existit, & bene Sylvestr. inquisitio 2. dicto 6. & vt reus tentatur respondere cum debet iudicis iustitia constata ipsi tecum in hoc procello, aperte ostendere reo, quod probatum contra eum est, vt dixi contra alios supra cap. 3. de inquisit. dub. 32. Ceterum neccesse non est transiumpsum ei tradere, vt mox dicemus requiri ad torturam; sed sat est quod notarius testium depositiones coram collegat, tacitus eorum nominibus, vt inde reo conteret quid contra ipsum probatum sit, vt dixi dicto dub. 32.

<sup>5</sup> Si reus fatetur delictum, licet ex tali confessione possit puniri, vt bene Iulius Clarus lib. 5. recep. §. fin. q. 4. in principio, & q. 4. 5. ceterum; at non statim est ferenda sententia, sed est assignandus terminus ad defensionem. Ratio, quia potest habere aliquam causam excusantem, vt bene Baldus, quem refert, ac lequitur Anton. Gom. tom. 3. varior. cap. 12. m. 3. Hoc facto sententia in eum est ferenda; verò integra legis pena, statim dicemus.

<sup>7</sup> Nota, quod si reus per dilationem ut responderet super proprio delicto, licet aliqui dicant debere dari, quos refert Iulius Clarus lib. 5. recep. §. fin. q. 4. 5. ver. sed hic queritur; at ipse tenet ibi contrarium multos referens, & sic dicit præf. seruari: si verò nolit reus responderet interrogatioibus praecise affirmando, vel negando, sed omnino nihil responderet, vel per verba dubia, scilicet, neque non recordari, dicit Iulius Clarus d. q. 4.5. ver. sed pote, alios referens, quod debet torqueri, ut relpondeat affirmando, vel negando: & talis (inquit) tortura non durat ad eritendam veritatem, quia ad hoc plura debent procedere, vt mox dicemus, sed datur ad extorquendam confessionem, & dicit quod est bona prædicta, & quod sepe vidit obseruari, non tantum quando non vult responderre super factum principali, sed etiam super circumstantiis substantialibus, modo factum, & circumstantia talia sunt, de quibus fit verisimile ipsum recordari, vt de facto proprio, & modico tempore, &c. de quibus solent alii communiter recordari.

<sup>8</sup> Si verò reus nego delictum, debet proponi adversus eum accusatio, & testes, qui depoventur in summaria informatione, sunt iterum vocandi, & ratificandi, & alij denū recipiendi, si existenter, & in hac posteriore testium examinatione omne fere testimoniorum pondus consilium, vt bene Simancas lib. de inst. cathol. tit. 6.4. n. 25. quia testes examinati reo non citato, seu ante litis cœlestionem, nullam contra eum fidem faciunt, nec ad sententiam, nec ad torturam. *l. fin. ff. de quest.* & tenet Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 1. post n. 18. Iul. Cl. multos referens lib. 5. recep. §. fin. q. 4.5. ver. ceterum s. reus, & q. 11. ver. tunc quarto. & q. 50. ver. item quia, Salzedo cap. crimin.

Si autem rei defensa, & testium depositionibus

auditus delictum plene probatum non remanserit, & grauissimum, dignumque tortura fuerit, danda est praecedente sententia illius; possint enim, & debent clerici torqueri etiam presbyteri, vt patet ex cap. 1. de deposito, & docent Bernard. Diaz præc.

min. cap. 1. 25. mon. 1. & in reg. iuris, reg. 1. 26. limit. sublim. 3. & virtuosus Salzedo, Panormitanus, & rancus cap. dicitur, ac appellat, & multi alii auctores per hos citati; tantum enim in questionem pertinet, an ut clericus possit torqueri, requireatur famam: de qua questione infra dub. 5. & de Clericis, & Religiosis, quod possint torqueri, tenet Iulius Sylvestr. verb. inquisitio 2. d. 9. D. Anton. 3. p. t. 9. cap. 6. & 8. Armil. verb. inquisitio, n. 12. & omnes Doctores citandi infra dub. 5. qui supponunt esse torqueri, & in diuersas feruntur sententias, n. ad id requirunt infamia.

<sup>12</sup> 12. Nota hie primò quod Iulius Clarus lib. 5. recet. §. fin. quasi 6.4. ver. sed quid si ille, dicit quod si torquendus petat prius sibi dari copiam testium, et terminum defensionis, antequam torqueretur, metus index dare, sed si non petat, non. Sed contrarium, scilicet nullo modo posse ante torquendis, est verisimilis, & sic tener prædicta Callioni lib. 6.9. m. 3. dicens esse omnium, Simancas alios referens, tit. 6.5. n. 16. & 17. dicens contrarium esse inquit, quia grauita punitur ante defensionem, ut est de iure natura.

<sup>13</sup> 13. Secundo nota quod Alexan. quem refert, & vellet sequi Sylvestr. verb. degradatio, q. 4. & Romanum refert, & sequitur Rosella verbo degradatio, dicunt clericum ante torturam, esse degradandum; quod optimè reprobat, alios referens Bernard. Diaz d. cap. 12.5. n. 4. quia clericum nondum de criminis concubitu, in quo calu torquendus est, inquit esse degradare.

<sup>14</sup> 14. Tertiò nota clericum, vel Religiosum esse militis torquendum, quam laicum: tum propter meum excommunicationis, si excedat in tortura modo, tum etiam propter dignitatem clericalem. Sic Bernard. Diaz alios referens d. cap. 12.5. num. 6. Salzedo ibi, alios referens litera D. Simancas d. tit. 6.5. n. 49. Iulius Clarus lib. 5. recept. §. fin. q. 6.4. ver. sed an clerici, Sylvestr. inquisitio 2. dicto 9. D. Anton. 3. part. tit. 9. cap. 7. 8. Armil. verb. inquisitio, num. 12.

<sup>15</sup> 15. Quarto nota, quod stando in iure nequit Prelatus puniri, vel torquere clericus, vel monachum per ministros laicos, sed per ministrum clericum, alias Prelatus, & minister laicus excusens est excommunicationis, nisi quando non invenientur clerici periti in arte torquendi. Patet ex cap. 1. inveniatur, ex sententia excommunicatio. Sic Sylvestr. excommunicatio 6.5. d. dict. 1. Nauart. in omnibus summis, cap. 7. n. 8. 5. Bernard. Diaz d. cap. 12.5. num. 7. vbi Salzedo litera D. Simancas tit. 6.5. num. 50. Iulius Clarus d. q. 6.4. ver. sed hic queritur. At communis confutudo obtinet, vt torquantur per laicos, vt ibi dicit Simancas. Bernard. Diaz, Iulius Clarus, Nauart, & licet Nauart. dicat hanc consuetudinem non excusare a peccato, bene ramen ab excommunicatione, at hanc confutudinem approbat ibi Iulius Clarus, & ipsomet Nauart. retractat sententiam, cap. nullum. 18.3.2. m. 52. vbi dicit communis vnu esse obtinent, vt clericus puniatur, & torquatur per laicum, & hunc excusat etiam a peccato, quia cum sit de iure positivo, vt clericus non puniatur per laicum, potest vnu derogari. Hæc Nauart. ibi.

<sup>16</sup> 16. Quinto nota, quod si res appellat à sententia tortura, tener appellatio, & s. pendit effectum. Sic Bernard. Diaz præc. crim. cap. 12.5. num. 5. Panormitanus cap. super eos 1. de appellat. num. 3. & Tb. Sanchez Consiliorum moralium. Tom. I. I.

alij, quos refert, & sequitur Gratian. reg. 36. num. 2. Iulius Clarus d. q. 6.4. ver. sed quid agendum, vbi refert ex Maranta, quod ad impedendum ne reds appellat à sententia tortura, solent cauti iudicis non interponere palam decretum de torquento reum, sed ducto reo ad locum tortura, statim cum incipit ligari, interponunt decretum de tortura: tunc enim non auditur eius appellatio, & sic dicit iudicatum per Parlamentum Parisiense. Inter Religiosos verò an admittatur appellatio, & quando, dicam in fine huius dubii.

Si reus in tormento fatetur, & confessio no-

cat, debet post aliquod temporis intervallo rati-

haberi, alias nihil valet, quia est confessio meta extorta. Sic habetur 1.4. tit. 30. part. 7. & ibi tenet Gregor. Lopez, Simancas tit. 6.5. num. 70. & 71. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 13. & explicat illa lex 4, quantum tempus debet intercedere ad ratificationem, dicit quod ratificetur se-

quenti die, & ita non exigit, quod iam trahantur 24. horæ, vt notat ibi Gregor. Lopez ver. or. Vnde inferat Gregor. Lopez, quod an debeant intercedere 24. horæ, pender ex iudicis arbitrio secundum qualitatem torti, & tormentorum, sicut verisimile fit tormentorum metum cellule, & sic dicit ibi Simancas num. 71. quod Inquisitores, vt benigni procedant, hoc faciunt post tertium diem, in modo eadem ratificatio est necessaria, quando reus, vel tellis contra alium in tormentis testificali. Sic Simancas ibi num. 73.

Si ergo perfuerat in confessione facta in tor-

mentis, non exigitur, vt detur sibi dilatio ad fa-

cientes defensiones, nisi reus hoc petet, vel ex

ipsa confessione constaret, sibi competere ali-

quam defensionem, & hoc indigeret probatione.

Sic Gregorius Lopez l. 4. tit. 30. part. 7. ver. o-

ffectiones. Vnde (inquit ibi) debet statim sententia

proferri.

Si verò neget in tormento, absoluendus est 19 reus, vt late supra dixi, lib. 3. cap. 1. dub. 12. Quod intellige (vt bene Simancas dicit tit. 6.5. num. 74.) nisi concurrentes circunstantiae, vt iterum tor-

quendus sit. Quod quando fieri debet, dixi sa-

pra, vbi de inquisitione, dub. 1.5. & cap. 4. de reo,

dub. 5. Quando verò indicia fuerint urgentissima,

licet neget in tormentis, an possit damnari aliqua

pena arbitria, diximus dicto dub. 1.2. & ibi etiam

quid faciendum, quando delictum est tale, vel

talis persona, vt non possit ad torturam deueniri,

& ex alia parte non potest integrè probari delictum.

Si verò fatetur delictum, & simul fatetur 20 aliquam circumstantiam excusantem, quid debet facere iudex, dixi supra lib. 3. cap. 1. dub. 1.3.

Quando verò in tormentis fatetur delictum,

& duabus ad ratificandum negat, quid faciendum

fit habes supra hoc codem lib. 6. c. 4. de reo, dub. 5. &

tractat Greg. Lop. l. 4. tit. 30. part. 7.

Igitur quando iam plene crimen probatum est,

debet index sententiam ferre, habita ad deli-

cium, & testes consideratione: & in hoc processu

non infigitur pena integra, & ordinaria legis,

nisi reus sit confessus crimen, sed moderatur

iudicium iudicis, vt late supra dixi, vbi de inquisi-

titio, num. 12.

Si autem lata sententia appellat Religiosus, non

admittitur appellatio in omnibus casibus, in qui-

bus admittitur contra seculares: non enim potest

appellare,

appellare, nisi quando superior claret, & notabiliter excedit modum in regula præscriptum: & hoc nisi in priuilegio Religionis, etiam in hoc casu negetur, appellatio. Et in priuilegio Societas Iesu per communicationem priuilegiorum aliis Religioibz concessum, vt patet ex compendio priuilegiorum Societas Iesu, verbo appellatio, §. 2. non potest appellari à mandatis, institutis, ordinationibus, correctionibus cuiuscumque superioris Societas, etiam ad funerum Pontificis, & pellatio est irrita. Item, nec à Præposito gener aut visitatibus periplo deputatis ab corum formationibus, seu correctionibus, sed exco incitatione lata referuntur Pape, in hoc priori casu, scilicet, quando à generali, vel visitoribus, &c.

24. Et nota, quod licet regulariter verum sit quod quando committitur causa, appellatione remota, intelligitur nisi sit gravis, & iusta appellandi causa, cap. postf. 3. de appell. & docet Francus cap. postf. 3. cod. tit. & Speculator. p. tit. de recus. §. 1. num. 5. in hoc casu non habet locum hæc limitatio, illa enim admittitur, ne iusta defensio negari videatur: at in Religioibz id iusta statutum est, propter commune Religionis bonum, & quietem, & vbi aliqui negetur iusta defensio, plus ponderat bonum commune Religionis, & Religioi sui suo pro professione cedunt in hoc. Sed de hac re latissime egi lib. 6. summa, cap. 8. à n. 101. ad num. 110.

25. Nota etiam, quod non negatur in priuilegio Societas appellatio à sententia condemnatoria judiciali, sed à correctione, reformatione, mändatis, &c. Vnde in hoc cau videtur standum iuri commun.

26. An vero, quando non est locus appellacioni, si index ex ignorantia cam admittat, posset retrocedere, dixi supra lib. 3. cap. 1. dub. 15.

### D V B I V M III.

An Prelatus procedens contra subdium Regularem possit recusari.

A Nequam respondeam quæstioni, supponendum a fuit aliqua, & mox premittam aliquas quæstiones circa recusationem in genere, & tandem faciam dub. proposito.

2. Primum ergo supponendum est, quid sit recusatio; et enim iudicio, vel audiencia causa suspicioneis proposita declinatio. L. apertissimi, C. de indic. cap. quis. sufficiet, 3. q. 5. cap. sufficioneis, de offic. deleg. sic defin. Speculator. 1. p. tit. de recus. initio.

3. Secundum supponendum est, quis sit effectus recusationis, is enim est quod, pendente recusatione, non potest index ad aliquem actum procedere in illa causa, & si procedit, processus est nullus: suspenditur enim eius iurisdictione. Sic Bart. & communis, 1. quis poterat, ad Trebell. Maranta de ordin. indic. 3. p. partis 6. in 2. actu suspensu, qui est appellatio, n. 2. 4. & 4. p. d. 16. n. 4. Dominicus cap. index, de offic. deleg. in 6. & ibi Francus n. 2. Roman. consil. 2. 20. Castrus consil. 1. 21. in 2. volum. Alex. consil. 8. 9. in 1. volum. & communis. Nota tamen Francus ex mun. 2. quod non priuatur index fundamentaliter iurisdictione, quia etiam post recusationem, & approbationem causa suspicioneis, posset index de consensu partis recusantis in ea causa

procedere, vel alteri delegate, vt dicitur d. cap. 4. dex., & nos dicimus infra, in d. eo ipso quod qui potest opponit recusationem litigat eoram iudicetur, videtur per hoc renunciare recusationem. Sic Panorm. cap. inter monasterium, de re iudic. notab. 3. Maranta d. 2. alia responsio, n. 7. 5.

Terti supponendum est, in quo difter recusatio iure canonico, & sic feruando in recusatione iudicis Ecclesiastici, & iure ciuii, & sic feruando dum recusatio index facularis. Duplex enim est possema differentia.

Altera est, quod iure canonico tam ordinarius index, quam delegatus, potest in totum recusari, & per recusationem definit omnino esse index in e causa, vt patet ex cap. index, de offic. deleg. in 6. & cap. cum speciali, de appellat. & cap. quis contra clericum de foro compet. & ibi Panorm. Maranta de ordin. in 4. p. d. 5. n. 40. At de iure ciuii delegatus potest in totum recusari, etiam si delegatus Princeps (nisi ut in eum, 4. o. cum Panorm. per ipsum citato, si delegatus ad vniuersitatem cauorum: tunc enim non potest in totum recusari, sed datum sibi facit, ut ordinarius nequit in totum recusari, sed datur sibi adiunctus, vt docent Bart. & communis, aperte, summa, C. de indic. & Maranta eo n. 4. & idem disponit 1. 2. 2. tit. 4. part. 3. Atiue non huius Regni idem in iudice ordinario, & delegato, quod scilicet neuter potest in totum recusari, sed datum sibi adiunctus, vt patet ex 1. 1. tit. 6. lib. 4. non eccepit, ibi disponit, quod tunc si causa est ciuilis, eligat index recusatus, siue ordinarius sit, siue delegatus, salique in locum sibi, vt vterque iudicet cauam. Si vero causa fuerit criminalis, & est alius index ordinarius in oppido. Hispanæ vero acalede, vterque iudicet, sed si non fuerit consilium populi, Hispanæ et regimini, o conceps, designet decuriones duos, qui cum iudice recusato item indicent. Quod si in Concilio fuerit discordia in nominando decuriones illos duos, tunc per sortes eligantur ab ipso Concilio ex ipsis duobus. Sed in Praefide, & auditoribus Regii, & aliis iudicibus Cæcellaria, quos vocant Alcal de Chancilleria, hoc deficit, recusantur enim in totum, vt patet ex 1. 1. & 2. 2. tit. 1. o. lib. 2. non recipit, vbi etiam disponit quid tunc facient, & quis index succedit loco recusati.

Altera differentia est, quod iure ciuii nulla requiritur causa ad recusationem iudicis facularis, vt habetur L. apertissimi, C. de indic. vbi glossa, & omnes Doctores, & 1. 2. tit. 4. part. 3. vbi id docet Gregor. Lop. Exceps tamen, quando recusantur auditores Regij, & alijs iudicibus Cæcellaria, tunc enim requiritur causa, vt expreſſe habetur 1. 1. & 2. 2. tit. 1. o. lib. 2. non recipit, dicit tamen glossa L. apertissimi, C. de indic. quod recusans debet iurare se non ex malitia, reculare illos ad item differendam, sed propter merum, & suspicioneum, quâd de iudice haberet. Quod limitat illa lex 22. si petatur iuramentum. Sed practica iam est vt iure, licet non petatur, quod videtur probari 1. 1. tit. 1. 6. lib. 4. non recipit, & nota Gregor. Lop. illa 1. 2. 2. ver. Si lo demendarer, at iure canonico requirunt iusta causa recusationis, & quod ea probetur, vt patet ex cap. sufficioneis, de offic. deleg. cap. secundo responsio, §. 3. postulat, & cap. cum speciali, de appellat. cap. legitima, de appellat. in 6. & notant omnes Doctores in his locis, & Gregor. Lop. d. 1. 2. 2. ver. porque razon, & Maranta vbi infra.

Quæ autem sint iusta causa suspicioneis forman-

### Lib. VI. Cap. VIII. Dub. III. 247

dæ de iudice, vt possit recusari, latè Francus cap. postf. de appellat. & Maranta de ordin. indic. 3. p. part. 6. in 2. actu suspensu, qui est appellatio, n. 27. ad 7. 3. Sylu. verb. recusari. Et adiure, quod etiæ vbi causa non est iure expresa, potest iudec recusari. Glossa cap. cum speciali, de appellat. ver. infra, & ibi Innocent. & Francus, num. 7. & hi duo dicunt, hoc esse quando est maior, vel faltem eadem ratio, quæ inveniuntur in causa iure expresa.

7. Quartu supponendum est, quod recusatio Praelati religionis regulanda est secundum ius canonicum, sicut & recusatio iudicis Ecclesiastici, cum haec res canonica & ecclesiastica sit. His suppositis,

8. Primum queritur, quis index possit recusari, & an per Princeps possit tolli iudicis recusatio. Et in primis nota, quod recusatio generalis iudicium, vel literatorum aliquius loci, tamquam vana non est admittitur. Pat alios referens præl. 1. part. 1. tom. 1. o. num. 2. 9. & num. 2. 2. cum aliis Doctribus hoc limitat, nisi probatur iusta causa, quam etiam dicunt requiri quando totum consiliorum decugnum recusatur. Sit

9. Prima conclusio. Papa & Princeps recusari non possunt, quia de eis nullo modo praetuluntur, quod faciant iniuriam; nec Concilium generale, quia errare nequit; neq; Cardinales, propter approbationem eorum, fidem, & institutis, cap. nouis, de appellat. sive de Papa, & Princepe tenet Francus cap. cum speciali, de appellat. num. 3. 2. Host. Panormitan. Ioann. Andr. cap. querelam, de elect. & de Concilio generali tenet idem Francus cap. postf. de appellat. n. 16. & 17. & de Cardinalibus tenet ibi num. 4. & Immola cap. nouis, de appellat.

10. Secunda conclusio. Concilium provinciale recusari potest, & quæcumque Vniuersitas, Collegium, & Rectores Collegiorum, per cap. lices ex suff. ex foro compet. Sit multi, quos referit, & lequit Francus cap. postf. de appellat. num. 1. 6. & 17. & Nauar. lib. 2. consil. tit. de appellat. consil. 1.

11. Tertia conclusio. Etiam delegatus Papæ, vel cuiusvis Princeps proprio motu datus potest recusari. Francus cap. postf. de appellat. num. 1. 5. & expressè colligitur ex cap. index, de offic. deleg. in 6. Nauar. supra, & idem dicit de Cardinali Legato à latere.

12. Quarta conclusio. Index electus ab aliquo, non potest ab ipso recusari, Aut. offeratur. C. de lits. contes. & ratio est, qui cum eum elegerit, eius personam approbat. Quod intelligendum est, nî ex noua causa superueniente, vel ex antiqua de novo veniente ad notitiam. Sic glossa cap. statuon, de rescript. in 6. & ibi Francus cum autem, num. 1. glossa cap. in singulis, de statu monach. ver. & appellatione, vbi decernit Romanus Pontifex, quod qualibet triennio celebrantur Capitula in Religioibz ad reformationem morum Religioibz, & dicit, quod eligat Capitulum quartum, qui presint, & ab illis diffinita eruentur omni exceptione, & appellatione lemotis: vbi hæc dicit glossa; nec recusare possum, quia eos elegerant, nisi ex noua causa superueniente, quia iusta recusatio nulli est deneganda. Ecce qualiter textus nota negat recusationem, quia iusta causa recusationem: & dicit glossa cap. cum speciali, & porro. num. 6. de appellat. quando excedit limites regulæ, securus si non excedat.

13. Quinta conclusio. Nullus Princeps inferior, etiam Legatus à latere, potest tollere recusationem. Sic Francus cap. postf. de appellat. multos allegans.

14. De ipso autem Princepe est graue dubium, an possit tollere recusationem. Quidam enim negant, vt enim colligitur ex cap. quis sufficiet, 3. q. 5. & cap. secundo responsio, 3. p. part. 1. in fine, videatur de iure naturali quia est defensio, vt patet ex cap. cum inter. de exception. vbi dicitur, nil est tam graue, & periculorum, quām litigare sub iudice suscipita. Sic

X 4 Secundo

- 18 Secundò queritur, quo in statu litis possit reculari index.
- 19 Sit conclusio. Exceptio recusationis debet opponi non tantum ante litem contestatam, verum etiam debet esse prima exceptio, qua opponi debet ante omnes dilatorias; quia si opponitur alia dilatoria, censetur provocari iudex, ut super ea pronunciet, & sic inducitur confusus in iudicem. Sic Maranta de ordine iudicior. 3. p. paris 6. in 2. actu, qui est appellatio, man. 25. vbi multos refert. Idem habetur L. apertissimi, C. de iudicio, & L. 22. tit. 4. part. 3. & L. 8. tit. 10. part. 3. vbi sic dicitur. Pueden recusar al Iuez, ante que el pleito sea comenzado por demanda y respuesta y despues no se speecho que le ayas, o, por otra razan. Quod limitandum est, nisi emergat causa denuo, ut in cap. insinuante, de offic. delegat. & L. 8. tit. 10. part. 3. Gregor. Lopez L. 22. tit. 4. part. 3. sub finem. Domini, & Francus cap. index, de offic. deleg. in 6. Panorm. cap. 1. de multis petitis. Porciit etiam tunc reculari, si de novo tunc veniat ad notitiam causa, licet non emergat causa de novo, ut in cap. pastoral. de exceptio. & tenet Gregor. Lopez L. 22. tit. 4. part. 3. vers. quae, & L. 8. tit. 10. part. 3. vers. so speecho, dicit Gregor. Lopez posse in hoc regno post litis contestationem reculari faculatem iudicem solo iuramento partis premisso, se eum reculatur, quod suspeccum habeat, iuxta L. 4. tit. 10. lib. 2. recipil. Imb. L. 22. tit. 4. part. 3. fine, dicit Gregor. Lopez quod vibunque non requiruntur probations de causa recusationis, ut est regulariter de iure ciuii, vt dixi, habet locum reculatio post conclusionem causa, etiam ex causa non nouiter orta, quod (ait) credo seruari in practica, nisi circa auditores Regiae Cancellariae, in quibus seruatur. Et ratio est, quia ob id Doctores dicunt, non admitti recusationem post conclusionem causa, quia requiritur causa probatio ad recusationem, & post conclusionem causa non admittuntur probations ergo vbi non requiritur causa probatio ad recusationem, hoc non procedat, imo data sententia, & tradita scriba, ut pronunciet, porciit ante pronunciationem recusat. Couarr. pralt. cap. 26. n. 3. Paz prat. tom. 1. p. 1. tempore 10. n. 19.
- 20 Tertius queritur, que sit practica recufandi iudicem de iure canonico, nam de iure ciuii iam explicuit.
- 21 Primò ergo recusans iudicem debet propone re recusationem, & allegare causam coram iudice recusat, licet non coram illo sit probanda, vt mox dicimus, ut expreſſe colligatur ex cap. legitima, de appellat. in 6. & docent glossa cap. si contra, de offic. deleg. in 6. anno. & ibi Francus man. 2. & cap. secundo requiri, de appellat.
- 22 Secundò partes debent eligere arbitros, qui de iusta causa iuficionis, ob quam reculatur iudex, cognoscere de causa recusationis. Videtur non posse; quia cap. si contra, de offic. deleg. in 6. expreſſe habetur non posse si non sit clausula, si ambo non possint interesse, alter eorum in causa procedat; at in nostro casu non est dicta clausula. Sed dico debere cognoscere alterum; & ita post longum studium iudicauit quidam iuri peritus validè doctus. Probatu-

batur, quia tacite inest ea clausula per cap. cim plures, de offic. deleg. in 6. vbi habetur pluribus iudicibus in solidum delegatis, & vno inchoante, causam non posse alterum cognoscere, nisi prior impeditus sit; at eo ipso, quod iudec est reculatus, est impeditus quoad causa prosequitionem, ut notat Monachus dicto cap. si contra, num. 2. Item, quia si vbi est clausula, si ambo interesse non possint, alter eorum procedat, quando alter reculatur, arbitri non ad partes, sed ad ipsos arbitros spectat, ut expreſſe colligatur ex cap. cum speciali, de appellat. & clauso termino hoc, si arbitri non proferant sententiam, causa recusationis est defessa, & tenetur pars comam iudice recusat litigare. Hęc omnia habentur expreſſe cap. legitima, de appellat. in 6. vbi glossa, Francus, Domin. & omnes, & idem Franc. cap. secundo requiri, de appellat. Et adiuver, quod si iudex reculatus minus competentem terminum assignaret arbitris, possint partes, que grauantur, appellare; & similiter, si arbitri nolunt pronunciare in illo termino, vel male pronunciant, ad Papam appellandum est; ut bene glossa cap. legitima, de appellat. in 6. vers. competens, & ver. non omittat. Arbitri vero debent affligare partibus terminum ad probandum causam recusationis, & per hoc concordatur cap. suspicionis, de offic. deleg. quod dicte terminum esse assignandum per arbitrios, & d. cap. legitima, quod dicit terminum esse assignandum per iudicem reculatum; quia illud loquitur de termino assignando partibus, ut praeber euanam recusationis; hoc vero de termino assignando arbitris, ut illam definiant. Sic glossa d. c. legitima, ver. per iudicem. Francus cap. cum speciali, de appellat.

23 Tertius est, quando reculatur Vicarius Episcopi, tunc enim causa est probanda coram Episcopo, licet à Vicario Episcopi ad ipsum Episcopum non sit appellat, & ratio differentia est secundum Francus, & Anchiar. eo cap. si contra, quia appellatio concernit iurisdictionem, que in Episcopo, & Vicario est eadem, cum sit vnum tribunal, & idem à Vicario ad Episcopum non appellatur; at recusatio respicit suspicionem adhaerentem reculato; licet autem Vicarius supellex sit, non id est suspectus Episcopi. Quod intellige nisi Vicarius, vel delegatus recusat ex causa concernente ipsum Episcopum, vel ordinarium: ut quia est oriundus de patria aduersarij; sicut est Episcopus, vel ille ordinarius: tunc enim non est tractanda causa coram Episcopo, sed coram arbitris. Sic Oldatus consil. 268. Dominicus de cap. si contra, & ibi Francus num. 6. qui addit cum Ioanne Andrea, quod si suspicio concernat dignitatem, ita censetur supellex in dignitate successoris, sicut praedecessor. Similiter quando Episcopus reculatur, recurrendum est ad arbitrios. Sic glossa cap. si contra, ver. Episcopi.

24 8 Sed quid faciendum, quando Episcopus est absens, & reculatur eius Vicarius, vel delegatus. Respondetur, quod si Episcopus est in dieceſi, vel in loco vicino propanorū recusatio coram iudice recusat, & petatur ab eo, ut superfideat, donec Episcopus veniat, vel confulatur. Si vero Episcopus longe distaret, tunc de recusatione Vicarii recurratur ad arbitrios, recusatio vero delegati ab Episcopo cognoscat Vicarius Episcopi; quia quod sit per Vicarium, videtur factum per Episcopum, secundum glossam cap. 1. de cap. monach. & Vicarius potest absente Episcopo facere, quia nequit ipso praesente, iuxta notata per Doctores cap. nullus, de tempor. ordin. in 6. imo si Episcopus habeat plures officiales, seu Vicarios in solidum, & ipse est absens, sollet vnu Vicarius de alterius recusatione cognoscere. Hęc Francus, allegans alios Doctores, & textus cap. si contra, de offic. deleg. in 6. num. 3. Si vero iudex Ecclesiasticus recusat, non obstante recusatio procedat, pendet ex futuro cunctu, si enim postea declaretur causam esse i-

25 9 stam, non valet processus; si vero declaratur esse iustificata, valer. S. Philippus Probus addit ad Morichum cap. si contra, super verb. nequibit, de offic. deleg. in 6.

Quarto, facta electione arbitrorum, potest index reculatus assignare terminum competentem arbitris, intra quem definitam, an causa recusationis sit iusta, vt si discordes, ut eligant tertium arbitrum; hac enim electio tertii arbitri non ad partes, sed ad ipsos arbitros spectat, ut expreſſe colligatur ex cap. cum speciali, de appellat. & clauso termino hoc, si arbitri non proferant sententiam, causa recusationis est defessa, & tenetur pars comam iudice recusat litigare. Hęc omnia habentur expreſſe cap. legitima, de appellat. in 6. vbi glossa, Francus, Domin. & omnes, & idem Franc. cap. secundo requiri, de appellat. Et adiuver, quod si iudex reculatus minus competentem terminum assignaret arbitris, possint partes, que grauantur, appellare; & similiter, si arbitri nolunt pronunciare in illo termino, vel male pronunciant, ad Papam appellandum est; ut bene glossa cap. legitima, de appellat. in 6. vers. competens, & ver. non omittat. Arbitri vero debent affligare partibus terminum ad probandum causam recusationis, & per hoc concordatur cap. suspicionis, de offic. deleg. quod dicte terminum esse assignandum per arbitrios, & d. cap. legitima, quod dicit terminum esse assignandum per iudicem reculatum; quia illud loquitur de termino assignando partibus, ut praeber euanam recusationis; hoc vero de termino assignando arbitris, ut illam definiant. Sic glossa d. c. legitima, ver. per iudicem. Francus cap. cum speciali, de appellat.

Quarto queritur, quis debet esse index de iure

canonico,

canonicus (de iure enim civili iam *supra* dixi) vbi iudex recusatus est, & probatur ab arbitrio regulato.

35 Nota quod cap. cum speciali, de appellata habetur, quod index recusatus probata recusatione, vel transmittat ad suum superiorem causam, vel eam de recutatoris afferentia alieni committat, & sic iuxta hunc textum vel iudicanda est ea causa a iudice superiori, vel deleganda per iudicem reculatum alteri, vt ea iudicetur.

36 Pro eius explicatione, scilicet ad intelligendum quando possit recusatus iudex alteri causam delegare, statuenda sunt sequentes conclusiones.

37 Prima conclusio. Si est iudex delegatus ab inferiori, quam a Princeps, nullo modo potest causam subdelegare, huicmodi enim delegatus non potest subdelegare. *I. more maiorum. ss. de iuris. omni. iudic. a. p. d. 5. m. 2. s. 41.*

38 Secunda conclusio. Si iudex recusatus est delegatus a Princeps, potest ante propositam recusationem committere alteri caufam, dummodo in totum committat, alias posset recusari. At proposita recusatione, licet arbitri non sint electi, non potest alteri causam delegare, nisi consciente recusatore; hoc vero consciente, potest, licet electi sint arbitri, & coram eis sit probata causa recusationis, modo arbitri non pronunciant causam esse legitimam: hoc vero pronuntiato, nequit etiam de consensu recusatoris, quia iam definit esse iudex. Hec habent cap. index, de offic. deleg. in 6. Maranta de ordin. iudic. 4. p. 1. s. 41. Francus cap. cum speciali, de appell. num. 1. 3. & 1. 4. quod limitat num. 1. 4. cum Lupo, & Dominico d. cap. index, nisi a sententiis arbitrorum sit legitimè appellatum: tunc enim etiam pronuntiata ab eis sententia, potest de consensu recusatoris alteri delegare.

39 Tertia conclusio. Si index recusatus est ordinarius, potest etiam in iuris partibus, postquam recusatus est, alteri delegare, antequam arbitri pronuntient sententiam. Sic Francus cap. cum speciali, de appell. num. 1. 5. & ibi Panorm. Maranta de ordine iudic. 4. p. 4. s. num. 41. per d. cap. cum speciali, & per cap. si quis contra clericum, de foro compet. Iud. Bald. d. cap. cum speciali, dicit, etiam post pronuntiationem sententias posse; sed verius est non requiri, quia cap. index, de offic. deleg. in 6. & d. cap. cum speciali, tantum requirunt consenitum recusatoris, & iure communis potest ordinarius delegare etiam in iuris partibus. Sic Francus d. cap. cum speciali, num. 1. 6. & ibi Panorm. post pronuntiationem vero arbitrorum dicunt aliqui, quod etiam de recusatoris consensu, nequit ordinarius committere; & videtur pro hoc facere d. cap. index, & videntur tenere Butrio, & Immola d. cap. cum speciali; sed verius est posse delegare de consensu partium, quia ordinarius non deficit nisi index. Sic Francus d. cap. cum speciali, num. 1. 8. Panorm. cap. si quis contra clericum, de foro compet. Sed si patres non consentiunt, tunc debet remitti causa ad superiorum, ut sit index in ea causa. Francus d. cap. cum speciali, num. 1. 9. & ille superior potest etiam

recusari, nisi de partium assensu sit electus, id est, facta remissio de partium voluntate, & si recusatur, est facienda de novo electio arbitrorum, Francus d. cap. cum speciali, num. 1. 9. alios referens.

#### D V B I V M I V.

*Qualiter Prelatus Regularis debeat procedere per viam accusationis contra subditum Regularem.*

S Vpposito (vt dixi *supra* dub. 1. fin.) tunc esse procedendum hac via, quando Religiosus in tutu iniuriam tertio, qui vult, & potest accusare, & delictum illud probare potest dupli teste digne.

Primo debet Prelatus formare processum hoc pacto, *In civitate Cordubensi die 20. May anno 1547.* Petrus Antonius Religiosus accepit auct. de eis criminis, & iussi Ioannes Minister Provincialis, vel guardias informationem sequentem facere coram me *T. notario à suis consiliis*, hie inferenda est omnis probatio, qua in eum exticerit, & a reo confessio accipienda, & quidquid *supra* diximus dub. 2. in processu via inquisitorum; excipe tamen quod hic non est necessaria if. amia ad interrogandum reum, sed quod delictum probati posse, & iam semiplene probatum sit. Excipe etiam, quod est grauius difficultas, an clericus torqueri possit, quando non est infamatus de delicto, & de qua re *dub. sequenti* dicam, certius esse posse torqueri. Demum excipe, quod si plene probetur delictum, est damnandus integrum pena, secundum omnes; in ceteris vero idem dicendum est in virtute procedendi modo.

#### D V B I V M V.

*Qualiter Prelatus debeat procedere contra Regularem via denunciationis Euangelicae seu fratre.*

S Vpposito (vt dixi *dub. 1. fin.*) hoc procedendi genus locum habere quando delictum est in foliis peccantis damnum, & est occultum, id est, non laborat infamia. Primo ergo debet Prelatus vocare reum, nec potest statim punire, licet crimen sit probabile, sed prius omnia tentanda sunt media, ut frater sine correctione judiciali corrigitur, vnde debet prius leniter admonere, & si hoc non sufficiat, debet ministris admonere, quod eius vitam explorabit, & post admonere coram aliquibus viris grauibus, si viderit expedire. Ratio, quia finis correctionis fraterna, est sola emendatio fratris: ergo omnia prius tentanda sunt, ut frater sine correctione judiciali corrigitur. Hac Sotus lib. de secreto, memb. 2. quod. 4. conclusio. Bañez. 2. 2. quod. 3. art. 8. conclusio. fol. 1. 2. 6. Sed Sotus dicit non licere adhibere verbora, si viderit ad correctionem expedire. At melius Bañez dicit ibi hoc licere, quando argenta qualitate peccantis viderit. Prelatus ad subditum correctionem expedire; quia patris carnali licet secretò verberare filium.

Nota quod si crimen non sit probabile, non potest Prelatus cogere subditum ad facendum crimini; si verò sit probabile, tenetur subditus fateri illud

illud. Prelato tanquam patre, si ipsi constat habere Prelatum testes sufficientes, vel indicia sufficiencia, quia in hoc cau ius haber. Prelatus interrogandi tamquam patre. Sic Bañez dicit. art. 8. dub. 4. conclusio. fol. 1. 2. 6. Sotus d. conclusio. 7. & lib. 5. de iust. quod. & art. 2. conclusio. 3. limitans ibi, nisi non leuiter, sed grauiter timet; quod tamquam index machinatur cum castigare.

4 Secundo dico: Si facta hac diligenter subditus proponit emendam, & fateur crimen, non licet Prelato ultra procedere iudicitaliter, quia iam finis intentus est comparatus. Sic Sotus de secreto, memb. 2. 2. conclusio. 7. *Natus cap. inter verbis, in nova coroll. 5. o. num. 1. 6. o.* & dicit Sotus ibi, quod hic confessus quando crimen est probabile, potest cadi si gello fraternaliter, non ad punitionem praetertinet, sed ad terrorum in futurum non tamē potest excommunicari. Sed Bañez ibi dicit hoc intelligendum de publica ac foreni excommunicatione, sed potest inquit ei pricipiū sub excommunicatione late sententia, ut deinceps vivet talēm peccandi occasione.

Tertiū dico: Si vero facta diligenter predicta, adhuc Religiosus est pertinax, nec vult recognoscere delictum, & corrigit, tunc si delictum est omnino secerum, non potest amplius Prelatus procedere, sed debet orare pro illo, & expēcere donec sint alii testes, quibus delictum probari possit. Sic Sotus d. membr. 2. 9. 4. conclusio. 8. Si vero delictum sit probabile, aut non est spes emenda per punitionem? & tunc hic pertinax est excommunicandus coram testibus denunciationis, ut dixi *supra* cap. 2. de denuncia, *dub. 1. 1.* vbi hoc contra alios probauit, licet ad alias penas iuris procedendum non sit. Si vero sit spes emenda (vel in casu in quo illa punitio obsecrit peccatori), prodebet tamen bono communis, ut explicui *dub. 1. 1.* tunc ex quo subdidi per secretam Prelati monitionem renuit corrigi, cessat iam via correctionis fraterna, & trahit suos ad iudicium. Sic Sotus d. membr. 2. 8. ratio est, quia ipsa rebellio habet vim accusatoris, sicut in delictis publicis, quando proceditur via inquisitionis, infamia, ut bene Sotus de secreto, membr. 2. 9. 6. ver. 14. & *Natus cap. inter verbis, in nova coroll. 5. o. num. 1. 6. o.* & in antiquo coroll. 5. 9. membr. 2. 8.

Vnde debet Prelatus formare processum hoc modo, *v.g. In civitate Hispalensi die 22. anno 1. 612.* Joannes minister Provincialis affrument ad suam deuotissime societatem, quod Petrus suis Religiosis exercitatur in talibus, & quod non sit infamia, ne publicum scandolum eius vocale, semelque ac iterum corrigatur, protulando se super illud in formationem futurum, nisi vellet suum crimen recognoscere, se corrigeret, & eo quod si corrigitus perit in suo extiterit crimen, sequentem informationem suffit facere circa dictum crimen coram *T. notario à suis consiliis*.

Potesta vocandus est denunciator, & suum dictum judicialiter accipiendo, quia denunciator potest esse tefsis, & est tefsis integer, ut *supra* diximus cap. 2. de denuncia, *dub. 1. 3.* vbi etiam diximus, an infames, & alii inabilitates admittantur. Recipiebat etiam sunt quoque fuerint testes, & potest confessio a reo accipienda, & reliqua sunt facienda, sicut *supra* *dub. 2.* diximus procedendum esse quando proceditur via inquisitionis.

8 Specialis ramen difficultas est, an Clericus, vel Religiosus possit in hoc processu torqueri, & superponamus in hoc processu, si opus est posse reū torqueri, quod docet Sotus de secreto, memb. 2. 9. 4. conclusio.

8. At de clericis est specialis difficultas, quia in hoc processu, licet crimen iuridice probetur, at non laborant infamia, & dicunt plures clericorum, iuri non solle, nisi sit infamatus. Sic Bernardus Diaz praeceptor cap. 12. 5. num. 1. & in regul. iuris reg. 12. 6. dicit, *s. fol. 1. 2. 6.* *Sotus d. conclusio. 7.* & multos pro hoc referit id Gratian. reg. 12. 6. num. 9. Dueñas reg. 19. c. 1. num. 2. Padilla 1. c. de iuris & facti ignoranti num. 9. Plaza de delictis, cap. 6. num. 1. 0. Julius Clares lib. 5. recep. 8. fin. quod. 6. 4. ver. sed an clericis, Perez lib. 1. ordin. 1. 1. 1. Gregor Lopez l. 2. rit. 10. part. 7. ver. 1. v. aualleros, ubi dicit hanc doctrinam feret apud omnes obtinere, & aliquibus modis rectificat.

Sed contrarium, scilicet non requiri infamiam, ment Salcedo prael. c. i. in Bernardi Diaz, cap. 12. 5. *littera A.* s. & littera C. opinio, l'anomalia quem sequitur Felini, cap. olim, de re script. ver. terius caput, Alciatus cap. 1. num. 4. 3. de officiis ordinum. Simancas, de infamia, cap. 1. 6. 5. num. 4. 8. & hanc dicit Julius Clares *supra* præx feruari, & ratio est, quia nullibus legimus circa hoc clericos esse aliquo priuilegio munitos; & alias rationes afferunt Doctores citati.

Tandem plenè probato delicto non est in hoc processu infligenda integra legis pena, sed minor, ut explicui & probauit *supra* cap. 2. de denuncia, *dub. 1. 2.*

#### D V B I V M VI.

*Qualiter procedere debeat Prelatus contra regularem via denunciationis canonice.*

S Vpposito (vt dixi *supra* *dub. 1. fin.*) quod hie processus est quando denunciatur ad vitandum aliquius damnum: ut quando denunciatur crimen, que redundant in damnum commune, vel aliquius priuati, & damnum pender in futurum.

Dico ergo, quod si peccator monitus à Prelato corrigitur, & omnia mala cessant in futurum, & hoc est certissimum, non debet vitia procedi ad punitionem peccatoris. Si vero hoc non est certum, vel non corrigitur, debet procedi iudicitaliter modo dicto in *dub. 1. 2.* licet spes emenda non sit, ut latè probauit *dub. 1. 1.* de denuncia, *dub. 1. 2.* *alii omnes conclusio.* & *ibid. dub. 1. 2.* ratio est, quia ipsa rebellio habet vim accusatoris, sicut in delictis publicis, quando proceditur via inquisitionis, infamia, ut bene Sotus de secreto, membr. 2. 9. 6. ver. 14. & *Natus cap. inter verbis, in nova coroll. 5. o. num. 1. 6. o.* & in antiquo coroll. 5. 9. membr. 2. 8.

C A P V T I X.

De exemptione Regularium.

S V M M A R I V M.

D V B I V M VII.

2 In quibus fabiis sim post Tridentinum Concilium ordinarii exempti.

3 An contra exemptos possit procedere index Papa delegans ad corrigendum clericos, non facta de exemptione mentione.

4 An exempti citati ab ordinario teneantur coram ipso prærogativum exemptionis exhibere.

5 Qua forma respondendi teneatur Religio exempta, vel Religiosis exempti, quando ante ordinarium conmenti, & quo patro suam exemptionem defendet.